BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)
Brixen, um 1450 Seite 85r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Addidit iob quoq; dicens. Quare non i
uulua mortuus sum. Cur lactatus uberibus.
Nunc enim dormiens silerem. et somno meo
quiescerem cum regibus. et consulibus terre qui
edificant sibi solitudines. aut cum princi
pibus qui possident aurum et replent domos
suas argento. aut sicut abortiuum ab
sconditum. et non subsisterem. uel qui con
tempti non viderunt lucem. Tu Respondens
autem eliphaz themanites dixit. Si ce
perimus loqui tibi forsitan moleste ac
cipies. Sed conceptum sermonem tenere
quis possit. Ecce docuisti multos. et
manus lassas roborasti. Vacillantes con
firmauerunt sermones tui. et genua
trementia confirmasti. nunc autem uenit
super te plaga et defecisti. Tu Fer. vi.
Tetigit te et conturbatus es. Ubi est
timor tuus et fortitudo tua. pa
ciencia tua et perfectio viarum tuarum. Re
cordare obsecro quis unquam innocens perit.

85
(320)